

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

**B**ohemorum mores res gestas attingere ac situm referre locorum ratio exigeret. Bohemia enim intra limites germanie inclusa tota aquilonibus exposita est habens ad orientem moranos et slesitay partem. ad aquilonem saxones et misnenses. ad occidentem agrum noricum. ad meridiem austriam et bauariam undique germanie populis cincta. Latitudo longitudoque eius pene par trium fortasse dietarum. silua berciniam vniuersam cingit. albis vero preclarior eius amnis eam mediam irrigat. aliosque non paucos fluuios excipiens ut multauiam que pene pragam mediam scindit. tandem per pualles et abrupta montium nemorososque saltus bercinie silue preceps labitur per misnenses puiciam fluens prope haburg urbem saxonie in germanicum mare absorbetur. Oppida regni memorabilia sunt. Praga regum bohemie dignissima sedes. cadanum. bruxia. schlackewerdum. cuius animum cupri argenti que mineris celebratissimum. regio presus frigida. armentis tamen feris et piscibus habundans. ager eius optimus. frumenti et ordei feracissimus. multa apud eos etate nostra memoratu digna emeruerunt. multa prelia gesta sunt. multus sanguis effusus. delete funditus ciuitates. sprete et calcata religio. exorta est Hussitay heresis. adamitay pullulauit insania. debachati sunt thaboritarum et orphanorum exercitus. duo fulmina belli zyska et proci puiciam ex arbitrio suo diripuerunt. iohes et iberonimus qui populum decipere in constantiensi magno sinodo temere conuulsi. Jacobellus coradus rokazana et petrus anglicus euangelii corruptores tamquam magistri veritatis habiti. quatuor reges extirpare pestiferum virum non potuerunt. ueceslaus sigismundus albertus et latislavus qui apud eos veneno extincti creditur est. Postremo georgius rex creatus est qui Hussitarum labe infectus putatur magnus vir. alioquin et in rebus bellicis clarus. Sed omnia hec in historia que de bohemicis huius rebus edidimus scripta sunt. ibique de situ regionis et gentis moribus per captum nostrum mentionem fecimus. inde igitur assumendum erit quicquid huic operi de rebus bohemicis deesse videbitur. nos ceptum sequentes iter inferioris germanie prouincias. deinde ad superiores reuertemur partes.

*De phrisia prouincia germanie*

**P**hrisones ad oceanum siti ab oriente saxoniam contigunt. ad meridiem westualos. ad occidentem traiectensium terre iunguntur quibus et ipsos traiectenses plerique phrisones esse volunt. Inter quos ottonem inuenio phrisingensis ecclesie presulem que res germanicas haud impite scripsit. Albertus episcopus maguntinus qui fuldensem monasterium erexit. cum religione christi persuadere phrisis nitere ab eis interfectus et martirio coronatus est. Hec eadem feror. armis exercitata. robusti et proceri corporis. securi et intrepidi animi. libera se esse gloriatur. Quis philippus burgundie princeps eius se terre dominum vocet. Reuera phrisia libera est suis utens moribus. exteris nec parere sustinet nec dominari cupit. haud inuitus phriso pro libertate mortem appetit. dignitas in hac gente militari inuisa. Sublime virum que se ceteris effert non ferunt. magistratus annuos eligunt qui republicam eque iure disponant. Feminarum impudiciam seuerius puniunt. Sacerdotes ne alia cubilia polluunt sine coniuge non facile admittunt. vix enim continere homines posse et super naturam arbitrantur. In pecoribus omnis eorum suba est. ager planus ac palustris est multo gramine fecundus. ligno caret bituminoso cespite et sicco stercore bonum ignem fouent. Ex hac gente tradit cornelius tacitus impante nerone duos legatos roma venisse veritatem et malorum que populi theatrum intrantes cum vidisset quosdam cultu externo inter senatores sedere et intellexissent id honoris eorum gentium legatum dari que virtute et amicitia romana precellerent nullos mortalium aut armis aut fide an germanos esse exclamauerunt ac digredientes inter preses sedere ob quam rem ambos nero ciuitati donauit.

*De holandiam prouincia inferioris germanie*

**H**olandiam quoque prouincia germanie ad septentrionem oceano alluit mari. quod reliquum est rheni fluminis brachia intercipiunt insularum conficiunt. palustris pascuosa. pluribus stagnis ac mari interfusa sinitibus. nec desunt qui traiectum nobile urbem in holandiam sitam dicant. nobis haud alienum esse videtur. Aliquam frisia traiectensium. aliquam holandiam traditos esse ut sepe regionum terminos dominantium impia mutant. nostra quidem etate neque frisia neque holandiam danis. Principatus ecclesie traiectensis impatori tamen subiectus latius possidet terram diuersis meatibus rheni iter clusam. cui ab oriente phrisiam a meridiem westualiam iunguntur. Holandia septentrionem excipit. ab occidente ducatus gelrie. de quo suo loco dicemus rheno flumini distiguitur. Impitissime vero ne dicas falsissime nonnulli etate nostra traiectum gallice nationis ciuitatem esse dixerunt. Cum de pontificis ageretur electio. nam quo pacto traiectum gallicum dabitur trans duo rheni brachia situm. Qui et qui cis rhenum habitant colonienses. cliuensesque constat esse germanos Traiectensium quippe situs. mos sermoque germanicus est. Traiectum diues et populosa ciuitas est. episcopus vrbis. xl. milia pugnatorum si quando necessitas ingruit educit ad bellum. Forma viri ac mulieribus egregia. ab exterorum incursum et a quo inundatione et propria virtute defenduntur. Porro genti ceruisia. vinum mercatores afferunt. In hac ciuitate memoria nostra multe seditiones fuere. cum episcopus vni parti acceptum altera recusaret. Desiderius aliquandiu episcopus quietem tenuit. deinde a ciuibus electus romani pontificis et vicinorum principum aduersus rebelles subditos auxilia implorauit. illi diefoldium quendam in ius phasque sibi presule assumpsere. Martinus papa. max. anathema in eos promulgauit. precesse ecclesiarum obstinati homines. expiri optuit arma. ingentes burgundorum duci vicinorumque principum copie aduersus traiectenses ducte infeliciter pugnauere. victor contumax populus. vii. annis ecclesie mandata precepit. desiderius in exilio obiit. Canonici qui propter eum patria pulsati fuerant waltranius morfenses archiepiscopi coloniensis germanum successorem eligunt. Agitata est in concilio Basiliensi. causa confirmata electio. iterum danata in concilio traiectensium rebellio. iterum frustra pugnatum. Postremo missus ab eugenio legatus iohes cesariensis episcopus qui postea ad cardinalatum honore vocatus morinensis appellatus cum retulisset vnicam pacande prouinciam esse diefoldio ignosci eius gentis presulatum committi excluso waltranio rebeli populo satisfactus est pulchre sane nullevicque leges fauent sacrosque canones potentia vincit. Voluerunt calisti quoque impiam eludere traiectensem. qui mortuo diefoldio episcopo ab eo datum recipe recusarunt. Sed a paritibus philippi burgundie et potentia territi et primis conatibus infeliciter nisi furore deposito paruerunt.

*De Selandiam prouincia inferioris germanie*

**U**ltimi germanorum ad septentrionem et occidentem versi Selandini sunt insulares populi rheni ostijs obiecti. Inter quos precipue mittelburgenses habentur. Ea ciuitas est egregie munita. diues opum. negotiationeque maxime accomoda. cuius haud paruum partem anno superiore incendium assumpsisse relatum est. Incuria ciuium id euenisse constat. quibus pleraque miracula referuntur que pretereo quia non satis digno testimonio comprobantur. Est et Brielum oppidum non ignobile aquis circumdatum. in quo etiam multi mercatores nauibus applicant. Non transibo nunc rhenum germanicas que ibi habitant gentes commemoraturus. Habitatur suo loco de his quoque dicendi facultas. prosequar veteris ac certe germanie populos. et qui iunguntur vel traiectensibus vel phrisiis ad meridiem expediam.

*De westualia germanie prouincia*